FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorvm Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum Supplementis atque Indicibus necessariis

Quibus Historia Ecclesiastica Wirtembergiæ Et Montispeligardi, Productis Diversorum Theologorum Joh. Brentii, Val. Vannii, Martini Frechti, Ægidii Hunnii, Joh. Assumi, Andr. Osiandri, &c. literis ...

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845404

B. L.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216299

Visual Library

B. L.

NOn infrequens eſt Scriptoribus, præſertim Hiſtoricis, ut operibus ſuis ſcholia, ſupplementa, paralipomena, mantiſſas, additiones, hypomnemata & quæ alia ſunt ejus generis ſubjiciant, quibus ea quæ parcius antea ſcripſerant, illuſtrant aut diducunt, vel, quæ penitus omiſerant, ſubnectunt. Ita Illuſtris Baro de Seckendorff, non Saxoniæ tantum, ſed & univerſæ Lutheranæ Eccleſiæ Decus, inclyto Hiſtoriæ ſuæ Operi additiones quamplurimas cum ſupplementis inſeruit. Guilielmus Caveus, celebris Anglus, Scriptores Eccleſiaſticos quos Parte primâ Hiſtoriæ Literariæ jamdum recenſuerat, in ſecundâ parte repetitos novis annotatis adaugere non dubitavit. Cumprimis vero Dominus D. Fechtius

Supplementum Hiſt. Eccleſ. Sec. XVI. cum Apparatu ad illuſtramentum Epiſtolarum Marbachianarum pertinente, orbi literato communicavit. Nemo igitur eruditorum, uti ſpero, vitio vertet, quod & ipſe micas & fragmenta ad Hiſtoriam Ducatus Wirtembergici Eccleſiaſticam & Memorias Theologorum ſpectantia ſublegerim; Animus quidem erat peculiari opuſculo pleraque reſervare; ſed cum diverſis haud raro impedimentis ſufflaminentur humani conatus, neque vitam nobis vel in diem polliceri queamus mortales, tempori inſerviendum ratus, adverſaria mea tecum B. L. Supplementorum titulo communicare, iisque vitam mihi aut alteri ad Hiſtoriam patriæ Eccleſiaſticam ſternere ſatius duxi. Quâ occaſione Innocentiam Wirtembergicam ab A. D. Carolo, Kirche-Teccenſium Superattendente, piæ memoriæ, adverſus Godofredum Arnoldum defenſam, ſed à nupero Domini Arnoldi

Clien-

Franckesche Stiftungen zu Halle

Cliente ficulneis exceptiunculis & cavillationibus oppugnatam, in tranſitu vindicavi, miſſis tamen partim (in der Hiſtoriſ. Betrachtung / P. II.) de induſtria, partim ob temporis brevitatem nonnullis, quæ vel à B. Carolo ſatis ſuperq; ſunt demonſtrata, vel certè operæ pretium non ſunt, ut de iis controvertatur, vel denique calumniandi pruritum latius exerendi anſam præbere poterant adverſariis. Laudat alicubi Paulum Jovium, quaſi eximium Hiſtoricum, Arnoldi aſſecla, & quidem in materiâ, quam ipſe G. Arnoldus absque ullâ neceſſitate & poſthabitâ omni modeſtiâ documentis ſuis ἀδεσπότοις infarcire ſuſtinuit, cum tamen, Thuano teſte, Jovius homo gratioſus ſe paſſim obnoxium prodat, eoq; nomine ipſi in plerisque rebus fides derogetur, quod ad gratiam & in odium ſcripſiſſe & venalem calamum habuiſſe ferè omnibus perſuaſum ſit. Imô ipſe Jovius, cum aliquando interrogaretur, cur in hi-

ſtoriâ ſuâ ſimularet falſa & vera diſſimularet? amicorum gratiâ id fuiſſe factum reſpondit, & tametſi ſciret, ſuperſtites ſuis ſcriptis fidem derogaturos poſteritati tamen ea credibilia fore, quæ ſuis Italis laudem eſſent allatura, teſte Bodino. vid. Pauli Freher. Theatr. p. m. 1454. Hiſtoricus certè (doctiſſimo Seckendorffio judice (a) ſi perpetuo præjudicio lectorem occupare nitatur, à viri boni officio longè recedit, & licet vera quandoque narret, fidem tamen minuit aut amittit. Hanc enim illi demum merentur, qui comperta ſincerè tradunt, aut dubia idoneis argumentis firmant, non, qui nullâ neceſſitate malignum animum in culpandis accuſandisque, quos oderunt, ante cognitam legitimè & deciſam cauſam produnt. Hæc Annon in P. Jovium, ipſumque G. Arnoldum quadrent? aliis dijudicandum relinquimus.

Vale!

Summa

(a) *Hiſt Luther. p. m. 15. 16.*

Franckesche Stiftungen zu Halle